

Advertencias para

etiam quauis ratione exemptos monēdos ab
Episcopis, & etiam per censuras Ecclesiastī-
cas cogendos esse ab illis. Et Sess. 24. de Re
for, cap. 4. præcipit Episcopis, & Parochis,
ut in Ecclesiis suis ipsi per se, aut si legitime
impediti fuerint, per eos, quos ad prædica-
tionis munus assumēt, in aliis autem Ecclē-
siis per Parochos, siue ijs impeditis, per alios
ab Episcopo impensis eorū, qui eas præstare
vel tenent, vel solent, deputados in ciuitate,
aut in quacunq; parte Diœcesis, censemebunt ex-
pedire, saltē omnibus dominicis, & sollēni-
bus diebus festis, Tēpore autē Ieiuniorum,
Quadragesimæ, & Aduē. Dñi quotidie, l. sal-
tem tribus in hebdomada diebus, si ita opor-
tere duxerint, sacras Scripturas, diuinamq;
legem annūncient, & alias, quotiescumque
id opportune fieri posse iudicauerint. Et ca.
7. Ut fidelis populus ad suscipienda Sacra-
menta maiori cum reuerentia atq; animi de-
uotione accedat: præcipit sancta Synodus E-
piscopis omnibus, ut non solum, cum hæc
per se ipsos erunt populo administranda, pri-
us illorum vim, & usum pro suscipientium
capitu explicit, sed etiam idem à singulis Pa-
rochis piè, prudenterq; etiam lingua verna-
cula